

Sunday in the Octave of the Sacred Heart



Vespers & Benediction of the Blessed Sacrament 3.00
18 June 2023

Sunday within the Octave of the Most Sacred Heart of Jesus

AT II VESPERS

Pater noster. Ave Maria.

℣ Deus, in adiutorium meum intende.
℟ Dómine ad adiuvandum me festína.
Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et
in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

Ant. Unus mílitum.

Psalmus 109

DIXIT Dóminus Dómino meo: * Sede a
dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, * scabéllum
pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex
Sion: * domináre in médio inimicórum
tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in
splendóribus sanctórum: * ex útero ante
lucíferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: *
Tu es sacérdos in ætérnum secúndum
órdinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die
irá suæ reges.

Judicábit in natió nibus, implébit ruínas: *
conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén te in via bibet: * proptérea
exaltábit caput.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,
* et in sæcula sæculórum. Amen.

Our Father. Hail Mary.

℣ O God, make speed to save me. ℟ O Lord,
make haste to help me. Glory be to the Father,
and to the Son, and to the Holy Ghost. As it
was in the beginning, is now, and ever shall be,
world without end. Amen. Alleluia.

Ant. One of the soldiers.

Psalm 110

THE Lord said † unto my Lord, * Sit thou
on my right hand, until I make thine
enemies thy footstool.

The Lord shall send the rod of thy power out
of Sion: * be thou ruler, even in the midst
among thine enemies.

In the day of thy power shall the people offer
thee freewill offerings with an holy worship: * the
dew of thy birth is of the womb of the morning.

The Lord sware, and will not repent, * Thou
art a Priest for ever after the order of
Melchisedech.

The Lord upon thy right hand * shall wound
even kings in the day of his wrath.

He shall judge among the heathen; * he shall
fill the places with the dead bodies, and smite in
sunder the heads over divers countries.

He shall drink of the brook in the way; *
therefore shall he lift up his head.

Glory be to the Father, and to the Son, * and
to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever
shall be, * world without end. Amen.

Ant. Unus mílitum láncea latus ejus
aperúit et contínuo exívit sanguis et aqua.

Ant. Stans Jesus.

Psalmus 110

CONFITEBOR tibi, Dómine, in toto
corde meo: * in consílio justórum, et
congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes
voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus: * et
justítia ejus manet in sáculum sáculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, †
miséricors et miserátor Dóminus: * escam
dedit timéntibus se.

Memor erit in sáculum testaménti sui: *
virtútem óperum suórum annuntiábit
pópulo suo:

Ut det illis hereditátem géntium: * ópera
mánuum ejus véritas, et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus: † confirmáta
in sáculum sáculi, * facta in veritáte et
æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: *
mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, et terríbile nomen ejus: * inítium
sapiéntiæ timor Dómini.

Inteléctus bonus ómnibus faciéntibus
eum: * laudátio ejus manet in sáculum
sáculi.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,
* et in sácula sæculórum. Amen.

Ant. One of the soldiers with a spear pierced
his side, and forthwith came there out Blood
and Water.

Ant. Jesus stood.

Psalm 111

IWILL give thanks unto the Lord with my
whole heart, * secretly among the faithful,
and in the congregation.

The works of the Lord are great, * sought out
of all them that have pleasure therein.

His work is worthy to be praised, and had in
honour, * and his righteousness endureth for ever.

The merciful and gracious Lord hath so done
his marvellous works, * that they ought to be
had in remembrance.

He hath given meat unto them that fear him;
* he shall ever be mindful of his Covenant.

He hath shewed his people the power of his
works, * that he may give them the heritage of
the heathen.

The works of his hands are verity and
judgement; * all his commandments are true.

They stand fast for ever and ever, * and are
done in truth and equity.

He sent redemption unto his people; * he hath
commanded his covenant for ever; holy and
reverend is his Name.

The fear of the Lord is the beginning of
wisdom; * a good understanding have all they that
do thereafter; the praise of it endureth for ever.

Glory be to the Father, and to the Son, * and
to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever
shall be, * world without end. Amen.

Ant. Stans Jesus clamábat dicens: Si quis sitit véniat ad me et bibat.

Ant. In caritáte perpétua.

Psalmus 115

CREDIDI, propter quod locútus sum: *
Ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus:

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui, Jerúsalem.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Ant. In caritáte perpétua diléxit nos Deus, ídeo, exaltátus a terra, attráxit nos ad Cor suum.

Ant. Veníte ad me.

Psalmus 127

BEÁTI, omnes, qui timent Dóminum, *
qui ámbulant in viis ejus.

Ant. Jesus stood and cried, saying, If any man thirst, come unto me and drink.

Ant. With an everlasting love.

Psalm 116, ii

IBELIEVED, and therefore will I speak; but I was sore troubled: * I said in my haste, all men are liars.

What reward shall I give unto the Lord * for all the benefits that he hath done unto me?

I will receive the cup of salvation, * and call upon the Name of the Lord.

I will pay my vows now in the presence of all His people: * right dear in the sight of the Lord is the death of his saints.

Behold, O Lord, how that I am thy servant; * I am thy servant, and the son of thine handmaid; thou hast broken my bonds in sunder.

I will offer to thee the sacrifice of thanksgiving, * and will call upon the Name of the Lord.

I will pay my vows unto the Lord, in the sight of all his people, * in the courts of the Lord's house; even in the midst of thee, O Jerusalem. Praise the Lord.

Glory be to the Father, and to the Son, * and to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever shall be, * world without end. Amen.

Ant. With an everlasting love hath God loved us, and from the day that he was lifted up over the earth, he hath drawn us unto his Heart.

Ant. Come unto me.

Psalm 128

BLESSED are all they that fear the Lord, *
and walk in his ways.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce, sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israël.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Ant. Veníte ad me omnes qui laborátis et oneráti estis et ego reficiam vos.

Ant. Fili.

Psalmus 147

LAUDA, Jerúsalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciat ea: * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

For thou shalt eat the labours of thine hands: * O well is thee, and happy shalt thou be.

Thy wife shall be as the fruitful vine * upon the walls of thine house.

Thy children like the olive-branches * round about thy table.

Lo, thus shall the man be blessed * that feareth the Lord.

The Lord from out of Sion shall so bless thee, * that thou shalt see Jerusalem in prosperity all thy life long.

Yea, that thou shalt see thy children's children, * and peace upon Israel.

Glory be to the Father, and to the Son, * and to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever shall be, * world without end. Amen.

Ant. Come unto me, all ye that travail and are heavy laden, and I will refresh you.

Ant. My Son.

Psalm 147, ii

PRAISE the Lord, O Jerusalem; * praise thy God, O Sion.

For he hath made fast the bars of thy gates, * and hath blessed thy children within thee.

He maketh peace in thy borders, * and filleth thee with the flour of wheat.

He sendeth forth his commandment upon earth, * and his word runneth very swiftly.

He giveth snow like wool, * and scattereth the hoar-frost like ashes.

He casteth forth his ice like morsels: * who is able to abide his frost?

He sendeth out his word, and melteth them: * he bloweth with his wind, and the waters flow.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: *
justítias, et judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni: * et judícia
sua non manifestávit eis.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,
* et in sácula sæculórum. Amen.

Ant. Fili, præbe mihi cor tuum et óculi tui
custódiant vias meas.

Chapter

CARISSIMI: humiliámini sub poténti
manu Dei, ut vos exáltet in témpore
visitatiónis; † omnem sollicitúdinem vestram
projiéntes in eum, * quóniam ipsi cura est
de vobis. ℞ Deo grátias.

Office Hymn & Magnificat

EN ut supérba críminum
Et sæva nostrórum cohors
Cor sauciávit innocens
Meréntis haud tale Dei!

Vibrántis hastam mílitis
Peccáta nostra dírigunt,
Ferrúmque diræ cúspidis
Mortále crimen ácuit.

Ex Corde scisso Ecclésia
Christo jugáta nascitur:
Hoc óstium arcæ in latére est
Genti ad salútem pósitum.

Ex hoc perénnis grátia,
Ceu septifórmis flúvius,
Stolas ut illic sórdidas
Lavémus Agni in sánguine.

He sheweth his word unto Jacob, * his statutes
and ordinances unto Israel.

He hath not dealt so with any nation; *
neither have the heathen knowledge of his laws.

Glory be to the Father, and to the Son, * and
to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever
shall be, * world without end. Amen.

Ant. My son, give me thine heart, and let thine
eyes observe my ways.

1 Peter 5, 6

BELOVED: Humble yourselves therefore
under the mighty hand of God, that he may
exalt you in due time: † casting all your care upon
him; * for he careth for you. ℞ Thanks be to God.

SEE how the haughty, savage horde,
Of mankind's sins doth wound the Lord,
And pierce his heart which, innocent,
Could ne'er deserve such punishment.

Unsteady was the soldier's lance,
But mankind's sins firmed its advance;
Its point was barbed by mortal sin
Which our own malice drove straight in.

That pierced Heart's engendering flood
Begot the Church from Christ's own blood:
Salvation's ark thus opened wide
Its door to man, set in Christ's side.

Unceasing grace therefrom doth flow,
And forth in seven-fold stream doth go,
To wash our robes, and make them white,
In that Lamb's blood of quickening might.

Turpe est redire ad crimina,
Quæ Cor beátum lácerent:
Sed æmulémur córdibus
Flammas amóris índices.

Jesu, tibi sit glória,
Qui Corde fundis grátiam,
Cum Patre, et almo Spírиту,
In sempitérna sácula. Amen.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum
miserátor Dóminus. ℞. Escam dedit
timéntibus se.

Ad Mag. Ant. Quæ múlter.

Canticum Beatæ Mariæ Virginis

MAGNIFICAT * ánima mea Dóminum.
Et exsultávit spírítus meus: * in
Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: *
ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes
generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: * et
sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus, a progénie in
progénies: * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit
supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: * et exaltávit
húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites
dimísit inánes.

Suscépit Israë́l púerum suum: * recordátus
misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros: *
Abraham, et sémini ejus in sácula.

What shame those whited robes to stain!
With sin to pierce his heart again!
Far rather be our hearts on fire
With love which doth his Heart inspire.

We give thee praise who dost impart
Such grace, O Jesu, from thy Heart;
Whom with the Father we adore,
And Holy Ghost, for evermore. Amen.

℣. The merciful and gracious Lord hath so done
his marvellous works that they ought to be had in
remem-brance. ℞. He hath given meat unto them
that fear him.

Ant. on Mag. What woman.

Cantic of the Blessed Virgin Mary

MY soul doth magnify the Lord, * and my
spirit hath rejoiced in God my Saviour.

For he hath regarded * the lowliness of his
handmaiden.

For behold, from henceforth * all generations
shall call me blessed.

For he that is mighty hath magnified me; *
and holy is his Name.

And his mercy is on them that fear him *
throughout all generations.

He hath showed strength with his arm; * he hath
scattered the proud in the imagination of their
hearts.

He hath put down the mighty from their seat,
* and hath exalted the humble and meek;

He hath filled the hungry with good things; *
and the rich he hath sent empty away.

He remembering his mercy hath holpen his
servant Israel; * as he promised to our forefathers,
Abraham and his seed, for ever.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,
* et in sácula sæculórum. Amen.

Ant. Quæ múlier habens drachmas decem,
et si perdíderit drachmam unam, nonne
accéndit lucérnam et evérrit domum et
quærit diligénter, donec invéniat?

℣ Dóminus vobíscum. ℞ Et cum spírítu tuo.

Orémus.

PROTECTOR in te sperántium, Deus,
sine quo nihil est válidum, nihil
sanctum: múltiplica super nos
misericórdiam tuam; ut, te rectóre, te duce,
sic transeámus per bona temporália, ut non
amittámus æténa. Per Dóminum. ℞ Amen.

Commemoration of S. Juliana Falconeri, V.

Ant. Veni, Sponsa Christi, * áccipe
corónam, quam tibi Dóminus præparávit in
æténum.

℣ Spécie tua et pulchritúdine tua. ℞ Inténde,
prósperere procéde, et regna.

Orémus.

DEUS, qui beátam Juliánam Vírginem
tuam extrémó morbo laborántem,
pretiósó Fílii tui Córporé mirábíliter recreáre
dignátus es: concéde, quæsumus; ut, ejus
intercedéntibus méritis, nos quoque eódem in
mortis agóne refécti ac roboráti, ad cæléstem
pátriam perducámur.

Commemoration of S. Ephræm Cyrus, Deacon, C.D.

Ant. O Doctor optime, * Ecclésiæ sanctæ
lumen, beáte Ephræm, divínæ legis amátor,
deprecáre pro nobis Fílium Dei.

Glory be to the Father, and to the Son, * and
to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever
shall be, * world without end. Amen.

Ant. What woman, having ten pieces of silver,
if she lose one piece doth not light a candle, and
sweep the house, and seek diligently until she
find it?

℣ The Lord be with you. ℞ And with thy spirit.

Let us pray.

O GOD, the protector of them that trust in
thee, without whom nothing is strong,
nothing is holy: increase and multiply upon us thy
mercy; that, thou being our ruler and guide, we
may so pass through good things temporal, that we
lose not things eternal. Through. ℞ Amen.

Ant. Come, thou bride of Christ, * receive the
crown which the Lord hath prepared for thee
for ever.

℣ In thy comeliness, yea, in thy beauty. ℞ Go
forth, ride prosperously, and reign.

Let us pray.

O GOD, who in the extremity of her sickness
didst wondrously refresh thy blessed Virgin
Juliana with the precious body of thy Son: grant we
beseech thee; that by her merits and intercession,
we also in the agony of death, being refreshed by
the same, may attain in safety to our heavenly
country.

Ant. O Doctor most excellent, * light of holy
Church, blessed Ephræm, lover of the divine law:
pray unto the Son of God for us.

℣ Justum deduxit Dóminus per vias rectas.
℞ Et osténdit illi regnum Dei.

Orémus.

DEUS, qui Ecclésiám tuam beáti Ephræm Confessoris tui et Doctóris mira eruditióné et præcláris vitæ méritis illustráre voluísti: te súpplícés exorámus; ut, ipso intercedénte, eam advérsus erróris et pravitátis insídiás perénni tua virtúte deféndas.

Commemoration the Octave of the Sacred Heart

Ant. Ad Jesum autem cum venissent, * ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit et contínuo exívit sanguis et aqua.

℣ Hauriétis aquas in gáudio. ℞ De fóntibus Salvatóris.

Orémus.

DEUS, qui nobis in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátis, infínitos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri dignáris; concéde, quásumus, ut illi devótum pietátis nostræ præstántes obséquiúm, dignæ quoque satisfactiónis exhibeámus officíum.

Commemoration of Ss. Gervase & Protase, Mm.

Ant. Istórum est enim * regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in ságuine Agni.

℣ Lætámini in Dómino, et exultáte justí.
℞ Et gloriámini omnes recti corde.

℣ The Lord guided the righteous in right paths. ℞ And shewed him the kingdom of God.

Let us pray.

OGOD, who didst vouchsafe to enlighten thy Church with the wondrous learning and glorious merits of thy blessed Confessor and Doctor Ephræm: we humbly beseech thee; that at his intercession thou wouldest defend it by thy continual power against the snares of error and wickedness.

Ant. But when they came to Jesus * and saw that he was dead already, they brake not his legs, but one of the soldiers with a spear pierced his side, and forthwith came there out Blood and Water.

℣ With joy shall ye draw water. ℞ Out of the wells of salvation.

Let us pray.

OGOD, who in the Heart of thy Son wounded by our sins, dost vouchsafe in thy mercy to bestow on us the abundant riches of thy love: grant, we beseech thee; that the devout homage of our worship, which we render unto him, may be deemed an oblation and satisfaction acceptable in thy sight.

Ant. Blessed are they * who have despised earthly pleasure, for theirs is the kingdom of heaven: they have washed their robes in the blood of the Lamb, and have won the heavenly great reward.

℣ Be glad, O ye righteous, and rejoice in the Lord. ℞ And be joyful, all ye that are true of heart.

Orémus.

DEUS, qui nos ánnua sanctórum Martýrum tuórum Gervásii et Protásii sollempnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur extrémis. Per Dóminum. *R.* Amen.

‡ Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

‡ Benedicámus Dómino. *R.* Deo grátias.

‡ Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. *R.* Amen.

Pater noster.

‡ Dóminus det nobis suam pacem. *R.* Et vitam ætérnam. Amen.

Marian Antiphon

Ant. Salve, Regina, * mater misericórdiæ; vita, dulcédo et spes nostra, salve. Ad te clamámus exsúles filii Hevæ. Ad te suspirámus geméntes et fléntes in hac lacrimárum valle. Eja ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum, benedíctum fructum ventris tui nobis post hoc exsílíum osténde. O clemens, O pia, O dulcis Virgo María.

‡ Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix. *R.* Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui gloriósæ Virgínis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum effici mererétur, Spírítu Sancto cooperánte præparásti: da, ut cujus commemoratióne lætámur; ejus pia intercessióne, ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Let us pray.

OGOD, who makest us glad with the yearly solemnity of thy Martyrs Gervase and Protase: mercifully grant; that like as we do rejoice in their merits, so we may be enkindled by their example. Through. *R.* Amen.

‡ The Lord be with you. *R.* And with thy spirit.

‡ Let us bless the Lord. *R.* Thanks be to God.

‡ May the souls of the faithful, through the mercy of God, rest in peace. *R.* Amen.

Our Father.

‡ The Lord give us his peace. *R.* And life everlasting. Amen.

Ant. Hail, Holy Queen, * Mother of mercy; our life, our sweetness and our hope, all hail! To thee do we cry, poor banished children of Eve. To thee do we send up our sighs, mourning and weeping in this vale of tears. Turn then, most gracious advocate, thine eyes of mercy towards us. And after this our exile, show unto us the blessed fruit of thy womb, Jesus. O clement, O loving, O sweet Virgin Mary.

‡ Pray for us, O Holy Mother of God. *R.* That we may be made worthy of the promises of Christ.

Let us pray.

ALMIGHTY, everlasting God, who by the co-operation of the Holy Ghost didst prepare the body and soul of the glorious Virgin Mother Mary to become a dwelling-place meet for thy Son: grant that, as we rejoice in her commemoration, so by her gracious intercession we may be delivered from present evils and from everlasting death. Through the same Christ our Lord. *R.* Amen.

☩ ✠ Divínium auxiliúm máneat semper nobíscum. ☩ Amen.

☩ ✠ May the divine assistance remain with us always. ☩ Amen.

The Novena Prayers

Hymn

JESU, dulcis memória,
Dans vera cordis gáudia,
Sed super mel et ómnia,
Ejus dulcis præsentia.

Nil cánitur suávius,
Nil audítur jucúndius,
Nil cogitátur dúlcus,
Quam Jesus Dei Fílius.

Jesu, spes pæniténtibus,
Quam píus es peténtibus!
Quam bonus te quæréntibus!
Sed quid inveniéntibus?

Nec lingua valet dícere,
Nec líttera exprímere:
Expértus potest crédere,
Quid sit Jesum dilígere.

Sis, Jesu, nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium:
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sácula. Amen.

JESU, the very thought of Thee,
With sweetness fills my breast,
But sweeter far Thy face to see,
And in Thy presence rest.
Nor voice can sing, nor heart can frame,
Nor can the memory find
A sweeter sound than Thy blest Name,
O Savior of mankind!
O hope of every contrite heart
O joy of all the meek,
To those who fall, how kind Thou art!
How good to those who seek!
But what to those who find? Ah this
Nor tongue nor pen can show:
The love of Jesus, what it is
None but His loved ones know.
Jesu, our only joy be Thou,
As Thou our prize wilt be:
Jesu, be Thou our glory now,
And through eternity. Amen.

At Benediction of the Most Blessed Sacrament

O SALUTARIS Hóstia,
Quæ cæli pandis óstium
Bella premunt hostília,
Da róbur, fer auxiliúm.

Uni trinóque Dómino,
Sit sempitérna glória
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

O SAVING Victim! opening wide
The gate of heaven to man below,
Our foes press on from every side,
Thine aid supply, thy strength bestow.

All praise and thanks to thee ascend
For evermore, blest One in Three;
O grant us life that shall not end,
In our true native land with thee. Amen.

Devotions follow, which conclude: V. Most Sacred Heart of Jesus, R. Have mercy upon us. iij.

TANTUM ergo Sacraméntum
Venerémur cernui:
Et antiquum documéntum
Novo cedat ritui
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.

Genitóri Genitóque
Laus et jubilátio:
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

V. Panem de cælo præstitisti eis. R. Omne
delectaméntum in se habéntem.

Orémus.

DEUS, qui nobis sub Sacraménto mirábili,
passiónis tuæ memóriam reliquisti:
tríbuæ quæsumus, ita nos Córporis et
Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut
redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter
sentiamus: Qui vivis et regnas in sæcula
sæculórum. R. Amen.

THEREFORE we, before him bending,
This great Sacrament revere;
Types and shadows have their ending,
For the newer rite is here;
Faith, our outward sense befriending,
Makes our inward vision clear.

Glory let us give and blessing
To the Father and the Son,
Honour, thanks and praise addressing
While eternal ages run;
Ever too his love confessing
Who from both with Both is One. Amen.

V. Thou gavest them Bread from heaven.
R. Containing within itself all sweetness.

Let us pray.

O GOD, who in a wonderful Sacrament
hast left unto us a memorial of thy
passion: grant us, we beseech thee, so to venerate
the sacred mysteries of thy Body and Blood; that
we may ever perceive within ourselves the fruit
of thy redemption: Who livest and reignest,
world without end. R. Amen.

The Divine Praises

Blessed be God.

Blessed be his holy Name.

Blessed be Jesus Christ, true God, and true Man.

Blessed be the Name of Jesus.

Blessed be his most Sacred Heart.

Blessed be his most Precious Blood.

Blessed be Jesus in the Most Holy Sacrament of the Altar.

Blessed be the Holy Ghost, the Comforter.

Blessed be the great Mother of God, Mary most holy.

Blessed be her Holy and Immaculate Conception.

Blessed be her Glorious Assumption.

Blessed be the Name of Mary, Virgin and Mother.

Blessed be Saint Joseph, her most chaste spouse.

Blessed be God in his Angels and in his Saints.

May the Heart of Jesus, in the Most Blessed Sacrament, be praised, adored, and loved with grateful affection, at every moment, in all the tabernacles of the world, even to the end of time. Amen.

Ant. Adorémus in ætérnum * Sanctíssimum Sacraméntum.

Psalmus 116. Laudáte Dóminum, omnes Gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Ant. Adorémus in ætérnum * Sanctíssimum Sacraméntum.

Glória Patri, et Fílio, * et Spiritúi Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Ant. Adorémus in ætérnum * Sanctíssimum Sacraméntum.

Ant. Let us forever adore * the Most Holy Sacrament.

Psalm 117. O praise the Lord, all ye heathen * praise him, all ye nations:

For his merciful kindness is ever more and more towards us * and the truth of the Lord endureth for ever.

Ant. Let us forever adore the Most Holy Sacrament.

Glory be to the Father, and to the Son, * and to the Holy Ghost;

As it was in the beginning, is now, and ever shall be * world without end. Amen.

Ant. Let us forever adore the Most Holy Sacrament.

Parish Notes

We welcome all those who are worshipping with us today.

Vespers in chanted in Latin at 3.00 every Sunday afternoon, please join us.

Anniversaries

- 18 June Ellen Hemingway, Birth
Helen Leach, RIP (2007)
19 June Glenn Elson Watkins, RIP (2021)
21 June Severn Robert Alnutt, Benefactor, RIP (1938)

Kalendar

- 19 June S. Juliana Falconeri, V.; *Of the Octave; Ss. Gervase & Protase, Mm.*
20 June *Of the Octave; S. Silverius, P.M.*
21 June S. Aloysius Gonzaga, C.; *Of the Octave*
22 June S. Paulinus, B.C.; *Of the Octave; S. Alban, M.*
23 June *Octave Day of the Sacred Heart; Vigil*
24 June NATIVITY OF S. JOHN BAPTIST
25 June *Pentecost IV; S. William, Ab.; Of the Octave*



Saint Clement's Church

2013 Appletree Street
Philadelphia, Pennsylvania 19103
215.563.1876 ✉ www.s-clements.org

Sunday

Low Mass 8.00
Centering Prayer 9.30
Rosary 10.00
Terce 10.30
Solemn Mass 11.00
Vespers & Benediction 3.00

Monday–Friday

Low Mass 12.10
Vespers & Novena 5.30

Saturday

Low Mass 10.00
Rosary 10.30 (1st Saturdays)
Vespers & Novena 3.00

The Rev'd Richard C. Alton, *Rector*

The Rev'd Barbara A. Henry, *Associate Priest & Archivist*

The Rev'd Justin Lanier, *Associate Priest*

Mr. John A. Carter, *Eucharistic Visitor*

Mr. Andrew W. Nardone, *Parish Administrator & Sacristan*

Mr. Peter Richard Conte, *Organist & Choirmaster*

Mr. Bernard Kunkel, *Associate Organist*